Fragmentarium

Huiuſ autem diei apoſtoluſ ad hebreoſ ſcribenſ ita meminit ;
In priori quidem tabernaculo ſemp introibant ſacerdoteſ. ſacrificio
rum officia conſummanteſ ; In ſecundo autem ſemel in anno
ſoluſ pontifex non ſine ſanguine quem offerre &c̄. quibuſ dictiſ huiuſ
myſterium pandenſ ihm̄ oſtendit pontificem eſſe. Uerum ;
qui conſummatiſ officiiſ in diebuſ hoc eſt impleta diſpenſatione
carniſ in ſanguine proprio caeli ſecreta ſubiit ut propitium nobiſ
faceret patrem & interpellaret pro peccatiſ eorum ; Qui ad huc
p̄foribꝯ oranteſ expectant & diligunt aduentum eiuſ ;
Placere igitur eadie diſceſſio eiuſ per angelum nuntiatur quae eiuſ
per legem aſcenſio figurabatur. quia qui deſcendit ipſe eſt & qui aſ
cendit ; Et ut pſalmiſta ait. a ſūmo caelo egreſſio eiuſ & occurſuſ
eiuſ uſque ad ſummum eiuſ ;

APPARUIT AUTEM ILLI ANGELUS STANS A DEXTRIS ALTARIS INCENSI

Bene angeluſ & in templo & iuxta altare & a dextriſ apparet. Quia
uidelicet & ueri ſacerdotiſ aduentum & myſterium ſacrifici.
uniuerſaliſ & caeleſtiſ doni gaudium predicat. Nam ſicut per ſi
niſtram p̄ſentia ſic per dexteram ſepe bona p̄ nuntiantur aeterna ;
Iuxta qđ in ſapientia laudecantur ; Longitudo dierum in dex
tera eiuſ in ſiniſtra illiuſ diuitiae & gloria ;

ET ZACHARIAS TURBATUS EST UIDENS. ET TIMOR IRRUIT
SUPER EUM. AIT AUTEM AD ILLUM ANGELUS. NE TIME
AS ZACHARIAS QUOƝ EXAUDITA EST DEPRECATIO TUA

Trementem zachariam confortat angeluſ. quia ſicut humanae
fragilitatiſ eſt ſpiritaliſ creaturae uiſione turbari ita angelicae
benignitatiſ ē. pauenteſ de aſpectu ſuo mortaleſ mox blandi
endo ſolari ; At contra demoniacae ferocitatiſ eſt quoſ ſui p̄ſen
tia territoſ ſenſerit. ampliori ſemp horrore concutere ;
Quod nulla melius ratione quam fide ſuperatur intrepida ;

ET UXOR TUA ELISABETH PARIET TIBI FILIUM ET UOCABIS

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFBaluze270_267_f126r – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6533)